

205. *Nec ulla potentia.*
206. *In DEO nihil in potentia, sed in actu omnia, imò ipse purus, primus, medius, ultimus, actus inquit Scalig. Exerc. 6. sect. 2.*
207. *NON DIFFERENTIA. Quia hæc est à forma.*
208. *At DEI non datur forma.*
209. *Hæc enim ubi datur, ibi etiam datur principium essendi.*
210. *Omnis enim forma (proprie dicta) est principium essendi.*
211. *Utpote quæ est λόγος Ἰησοῦς ἁγίας, & dat essentiam. Scalig. lib. 4. de c. l. l. c. 91. pag. 211.*
212. *At DEI non datur principium essendi.*
213. *Imò ubi datur forma, ibi & datur materia.*
214. *Hanc enim arctat & limitat illa. Scal. Exerc. 250. sect. 1.*
215. *At in DEO non datur materia.*
216. *Omnis enim materia conjuncta cum potentia.*
217. *Est enim hæc indicium αδυναμίας & imperfectionis.*
218. *At DEI non datur αδυναμία aut imperfectio. Scalig. Exerc. 365. sect. 8.*
219. *E, ne quæramus in Rationis tribunali QUID SIT DEVS, ut perfecte cognoscamus.*
220. *Frustra enim quæremus id, quod supra vires.*
221. *Est enim omnia, & super omnia, & præter omnia. Scalig. Exerc. 365. sect. 2.*
222. *Et hoc ipso cognoscimus, quod à se solo cognosci possit. Scal. d. l.*
223. *DEFINITIONIS hujus EVOLUTIONEM ad aliud differemus tempus. Sat est.*

F I N I S.

